

248.

tate facimus. patet quia ex ueritate  
 sumus que dicitur. ut patet. quod eius perfectione.  
 pro modo nostro imitemur. Et in conspectu  
 eius suademur corda nostra. Hec sententia  
 pendet a superioribus. Quia cum opere &  
 ueritate proximo foiligimus. Manifeste  
 cognoscimus. quomodo in conspectu summe uerita-  
 tis suademur corda nostra. Omnes enim homines  
 cum aliquid facere disponunt. ad idem factum  
 meditantur corda sua se conuertere sua-  
 dent. Sed qui mala cogitant. hec deo occul-  
 tare si ualerent uellent. Ipso attestante  
 dicit. Omnes enim qui male agunt odit lucem. & non  
 ueniunt ad lucem. ut non arguantur opera eius.  
 Qui uero bona opera meditantur. hi facillime  
 suis cordibus persuadentur. ut in conspectu diuinitatis